

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus Caput 7: De commendatione religionis (3)

Hugo in libro de claustro anime et corporis:

Audiant seculares quos temporalis delectatio retinet,
qui religionis abhorrent habitum,
quam suavis sit vere religionis cohabitatio.
Audiant pauperes et letentur,
mediocres et hortentur alios, divites ut confortentur.
Habundans est enim pauperi religio, mediocri sufficiens,
tollerabilis diviti, infirmis larga, delicatis compatiens,
fortioribus moderata penitentibus misericors, perversis severa,
bonis optima. Hec sunt autem novem beneficia religionis.

Audiant igitur saeculares quos temporalis delectatio retinet,
qui religionis abhorrent habitum,
quam suavis sit verae religionis cohabitatio.
Audiant pauperes et laetentur;
mediocres et hortentur alios; divites et confortentur.
Abundans est enim religio pauperi, mediocri sufficiens,
tollerabilis diviti, infirmis larga, delicatis compatiens,
fortioribus moderata poenitentibus misericors, perversis severa,
bonis optima. Haec autem sunt novem beneficia religionis.

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri quatuor*, 1.8 (PL 176, col.1033A).